



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

Continet Tractatum Serie Vigesimo-Octavo De Matrimoniis, &
Sponsalibus, cum Indicibus necessariis

Castro Palao, Fernando de

Lugduni, 1669

An ratione cognationis spiritualis priuentur coniuges debiti petitione, &
redditione. §. 5.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76659](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76659)

monium non solum ad prolis generationem, sed ad concupiscentia mitigationem sic institutum, optimè ob prædictum finem copula habetur. Quapropter si petens debitum prædicto sine sedandi concupiscentiam, vel alio simili ducatur non solum culpam mortalem, sed etiam venialem vitabit. Neque his obstat quod coniux eo tempore incepta sit conceptioni, & semen suo sine principali priuetur, quia per accidens id contingit ob prægnationem, non ex modo concubitus, quod ad peccandum necessarium erat.

13 Si autem copula habeatur immediatè post partum, antequam mulier à sanguine purificata sit, existimo idem esse dicendum ac de coniuge menstrua; quia in utroque casu est quedam indecentia, & nimia voluptatis signum. Quare nisi ad vitandum incontinentia periculum, sedandam que rixam vel discordiam copula habeatur, veniale peccatum erit. Secus, verò si aliquo ex prædictis finibus ducatur, sic Basili. Ponce, dicto cap. 14. num. 8.

14 Illud certius tempore, quo proles lactatur nullam esse obligationem coniugibus abstinenti à debiti petitione: esse enim intolerabile iugum, & ferè impossibile coniuges simul habitantes tamdiu abstinere; præcipuè cum proli, quæ lactatur nullum damnum immincat, nec foetui concipiendo, ut experientia testatur. Quod si ex concepto foetu agnoscerent coniuges vbera esse sicanda, & ex alia parte carerent diuitiis, quibus possent prolem alteri lactandam tradere, adhuc credit Sanch. & rectè d. disp. 22. num. 15. non esse obligatum virum abstinere à debiti petitione sibi moraliter impossibili; eo quod proli succurri potest, vel illam exponendo, vel ex elemosynis alendo, ac si mater obiret.

15 Pro certo tamen habendum est in prædictis casibus huius quaestiones, coniugem cui debitum petitur obligatum esse reddere; quia esto petens aliquam culpam venialem committat exigendo ob defectum rectorum finis: at reddens ab ea culpa immunis est, cum recto sine ducatur satisfaciendi obligationi ex iustitia debita, sicuti aduertit Coninch. Sanch. Gaspar Hurt. loc. alleg.

16 Sexta quaestio: An tempore amentia licita sit petitio, & redditio debiti? Breuiter respondeo utroque coniuge amente copula per se illicita est, ob periculum mala educationis prolis, per accidens tamen à peccato excusatur, quia libertate carent, ideoque separandi sunt, ne se carnaliter cognoscant. Qui verò eos ad coitum excitat sine dubio mortale committeret ob damnum, quod proli sequitur carendo parentibus, qui eam instruere possint: sic Ludouic. Lopez, 2. part. instruct. capite 52. ad finem. Petr. de Ledesma. quæst. 58. artic. 3. dub. 2. Sanchez disputatio 23. numero 5. Basili. Ponce, lib. 10. cap. 14. in fine. Coninch. disputatio 34. dubit. 9. conclus. 6. Idem est si coniux sit furiosa, & non sterilis, quia adest periculum suffocandi prolem. Secus verò si aliqua ex prædictis conditionibus cesserit, & vir sit sui compos; quia cessat periculum abortus, malaque educationis prolis, cum habeat parentem, qui eam commode poterit educare, uti nuper relati docuerunt.

17 Illud certius vixorem rationis compotem posse à viro infano debitum petere, quia petit copulam sibi debitam, à qua ob defectum iudicij in altero coniuge, priuari non debet. Quod adeò verum est, ut etiam à debiti periculum. Quod infans extra vas seminet, non tenetur coniux sanæ mentis à debiti petitione abstinere, quia illa effusio est præter eius intentionem, neque illi vitæ suo iure veniendi tribuenda est. Sicuti docuit Sorus in 4. d. 34. quæst. vnicæ. art. 4. ad finem corp. Petr. de Ledesma. quæst. 58. artic. 3. dub. 2. in solut. ad 3. Henric. lib. 11. cap. 15. num. 4. & 10. Sanch. disp. 23. num. 7. Coninch. dub. 9. concl. 6. num. 9.

18 Coniux verò sanæ mentis per se non tenetur debitum reddere amenti petenti, quia ea petitio non est vñs dominij, cum non sit humana, & rationalis. Per accidens tamen obligari potest ad grauiora mala vitanda: sic Sanch. dicta disp. 23. num. 10. Coninch. num. 79. Quod si redditio debiti amenti nocua sit, pensanda est qualitas damni, ut inde colligitur, an sub graui, vel sub veniali culpa debeat coniux sanæ mentis à redditione abstinere? uti notauit Basili. Ponce, lib. 10. cap. 14. in fine.

§. V.

An ratione cognitionis spiritualis priuentur coniuges debiti petitione, & redditione?

- 1 Cognatio spiritualis matrimonio superueniens, impedit debiti petitionem, & qualiter?
- 2 Extenditur prædicta doctrina ad paritum.
- 3 Si extra necessitatem proles communis, vel alterius coniugis baptizetur, leuatiua à sacro fonte, coniux huius culpa immunis debitum exigere potest.
- 4 Prædictum munus culpabiliter exercens debitum nequit petere secundum communem sententiam.

5 Verior est qua negat se delinquentem priuatum esse debiti petitione.

Cognatio spiritualis, quæ ex Baptismo, vel Confirmatione nascitur superuenit matrimonio potest, ut si parens prolem alterius coniugis ex alio matrimonio, vel ex presenti habitam baptizet, vel de sacro fonte leuet, aut in confirmatione teneat. Si igitur hoc fiat ex necessitate, quia non adest alius qui id præstet, nullatenus impedimento est petendi, vel reddendi debitum, ut videtur expressè decium in cap. ad limina, 30. quæst. 1.

Et licet hic Textus solum de baptizante loquatur, communiter Doctores extendunt ad Patrium tam in baptismo, quam in confirmatione, & merito; cum ratio ob quam in baptismo excusatur impedimentum, est, quia nulla committitur culpa; at leuans de sacro fonte, vel in confirmatione teneans, cum non adest alius, nullam culpam committit, sed munus ab Ecclesia statutum præstat. Non igitur vllum impedimentum petendi, reddendique debitum contrahere debet, ut ex communi sententia firmat Sanch. lib. 9. disp. 26. num. 3. tamen contra sententiam Henric. lib. 11. cap. 15. num. 15. Petr. de Ledesma. quæst. 66. art. 1. dub. 1. in princ. Basili. Ponce, lib. 10. cap. 6. num. 6. Et idem est quando abique vlla culpa hoc munus à coniuge præstitum fuisse; eo quod ignorantiam iniuicibilem haberet prædictum baptizatum esse suum, vxoꝝ sue filium, quia hoc impedimentum, & prohibitio petendi debitum, cum poena sit, culpam exigit; ut tradit tanquam omnino certum Coninch. disp. 34. dub. 8. in princ. Azor. 1. 3. lib. 3. cap. 31. q. 10. difficult. 3. Basili. Ponce, lib. 10. cap. 6. num. 9. & colligitur ex cap. si vir de cognat. spirituali. Quinimo si factum fuit cum ignorantia huius legis prohibentis, & interdicentis contagibus prædictum officium, cessat impedimentum ob eandem rationem, quia cessat culpa, ut pluribus firmat Basili. dicto cap. 6. num. 8. Quod aliqui extendunt non solum ad ignorantiam prohibitionis, sed etiam ad ignorantiam huius poenæ, sub qua est prohibitio facta, ut reuertit Basili. num. 12.

Si verò ab vno coniuge extra necessitatem, atque adeò culpabiliter proles communis, vel alterius coniugis baptizetur, leuatiua à sacro fonte, aut in confirmatione teneat, coniux qui huius culpæ particeps non est, debitum exigere potest, quod illi necessariò est reddendum, ut ex omnium sententia testatur Coninch. disp. 34. dub. 8. num. 84.

Quocirca difficultas est, An culpabiliter exercens prædictum munus à debiti petitione arceatur, ita ut si vterque coniux culpabiles existant, neuter possit debitum petere, neque vlla sit illi obligatio reddendi? Affirmat communis sententia teste Sanch. lib. 9. disp. 26. num. 6. Gutier. de matr. cap. 100. num. 6. Mouetur ex Textu in cap. peruenit. & cap. si quis 30. quæst. 1. ubi coniuges prædicto impedimento ligati iubentur separari. Secundò in cap. nosse eadem causa, & quæst. dicitur non esse separandos coniuges, si vtriusque consensu impedimentum non acciderit: tacitè indicans si vtriusque consensu contigisset separandos esse. Tertio in cap. ad limina excusat Textus à prædicto impedimento coniugem, qui in necessitate proprium filium baptizatur, quia laudabiliter fecit: at qui extra necessitatem baptizasset nullam excusationis causam haberet. Quarto in cap. si vir de cognat. spirituali, multo citius vxoris filium in baptismo suscipiens non separatur à coniuge, ne ei fraus patrocinetur, at negata ei potestatem petendi, & concessa obligati reddendi nullatenus fraus patrocinetur. Ergo asserendum est sic delinquentem iure exigendi debitum priuatum esse.

Ceterum etsi prædicta sententia communis sit, verior est qua negat sic delinquentem priuatum esse debiti petitione, ut tradit Glossa in cap. 2. de cognat. spirit. verbo Debitum. Et ibi Anchar. Præposit. & Cardinal. Durand. in 4. d. 42. quæst. 1. art. 3. Suarez. 3. de Sacram. quæst. 67. art. 8. §. penult. Coninch. disp. 34. dub. 8. num. 69. Basili. Ponce ex parte, lib. 10. cap. 6. num. 4. Gaspar Hurtado disp. 10. difficult. 6. num. 24. Mouetur, quia hæc grauiissima poena nullo iure aperto statuta est, ut constabit ex solutione Textum qui num. præcedenti referuntur. Quinimo ex aliis Textibus contrarium manifestè colligitur, ergo inducenda non est. Minorem in qua est tota difficultas sic probò. Nam Textus in cap. peruenit loquitur de feminis, quæ ante contractum matrimonium filios in concubinato susceptos leuauerunt, quas mirum non est, ut à vitis separarentur, cum eorum coniugium nullum sit. Eandem explanationem habet Textus in cap. si quis filiastrum, ac proinde hi Textus ad rem non faciunt. Et esto intelligendi sint de impedimento post matrimonium contracto correde consensu sunt per Textum in cap. nosse. Cap. de eo. Cap. ad limina eadem causa, & quæst. Et cap. si vir de cognat. spirituali: Ex reliquis verò Textibus licet Nosse, Ad limina 30. quæst. 1. Ex Textu in cap. si vir de cognat. spirit. solum à contrario sensu argumentum sit, quod in iure firmum non est, maxime in poenis extendendis: sæpè namque Pontifices sua responsa cum limitatione proferunt, specialèque rationem afferunt, non ut indicent, ea limitatione, aut ratione deficiente contrarium esse.

pro lege habendum; sed ut interrogatis plenè, & perfectè satisfaciatur. Non igitur ex Textibus in contrarium relatis colligi potest, sic delinquentem iure petendi debitum priuationem esse. At probemus alius Textibus expressè ei permitti. Nam Textus in cap. de eo. 5. 30. quæst. 1. dicitur. Si autem coniuges legitimi unus aut ambo in adulterio fuerint, ut solum sum de fonte susceperit, si inuicem permanere uoluerint bonum est (hoc est si uoluerint manere continentiam seruantes) sua autem gratia penitentia insidiatori iniungatur, & simul maneat. Si igitur decidit Textus, quod simul permaneat, sine dubio poterunt debitum exigere, aliàs separandi essent, ne periculo incontinentiæ essent expositi. At apertius doctrina conuincitur ex capite si uir de cognat. spirit. ubi Pontifex inquit siue ex ignorantia, siue ex malitia id fecerint, non sunt ab iniuriam separandi, nec alteri alteri debitum debet subtrahere, nisi ad continentiam seruandam possint induci, quia si ex ignorantia factum est, eos ignorantia excusare videtur, si ex malitia, eos sua fraus non debet patrocinari, uel dolus. Ngtrandam sunt uerba, non sunt ab iniuriam separandi: item neque alteri debet debitum subtrahere, quibus manifestè indicatur utramque retinere ius exigendi, aliàs possent debitum sibi subtrahere. Item uoluit Pontifex prouidere malitiæ, quia aliqui proprios filios & sacro fonte leuabant, ut à coniugibus separarentur ob impedimentum, quod censetur contractum ex cap. penitent. Et cap. si quis filium; & loco impedimenti iubet gratiam eis peccati tunc iniungi, idè quæ eos quoad mutam habitationem, petitionem, redditionem, quæ debiti æquales faciunt, qui ignorantes filios è sacro fonte susceperint, quos ex omnium sententia constat debiti petitione priuatos non esse. Ergo asserendum est probabilius esse, & mihi certam cognationem spirituales matrimonio superuenientem non prætare coniugibus impedimentum petendi, reddendique debitum.

§. VI.

An ob affinitatem matrimonio superuenientem impediantur coniuges à debiti petitione, & redditione?

- 1 Affinitas matrimonio superueniens extenditur secundum aliquos ad quartum gradum quoad debiti petendi priuationem.
- 2 Verius est spectato Trident. non extendi ultra secundum gradum.
- 3 Qualiter incestuosus à prædicta pena excusetur?
- 4 Aliquando priuatus debiti petitione permitti potest debitum petere.
- 5 Impetrata dispensatione impedimenti recuperat incestuosus integrum ius petendi.
- 6 Innocens ab incestuoso debitum petere potest, illique est reddendum.
- 7 Incestuosus inique petenti non est coniux innocens obligatus reddere, est possit.

Affinitas matrimonio superueniens orta ex incestuosa copula cum coniugis consanguineis ad minus in primo, & secundo gradu impedit debiti petitionem, ut colligitur ex capite transmissa. Cap. tue fraternitatis, de eo qui cognouit consanguin. Et capite si quis uiduum. Et alius, 3. quæst. 7. An autem hæc affinitas, & impedimentum oriatur ex copula cum consanguineis coniugis in tertio, vel quarto gradu? difficultate non caret: eo quod antiquo iure, & matrimonium contrahendum impedit, & post contractum prohibebat debiti petitionem. At Conc. Trident. sess. 24. cap. 4. statuit, ne prædicta affinitas matrimonium contrahendum impeditet ultra secundum gradum, de priuatione autem debiti nec uerbum fecit. Cum ergo à iure antiquo reodendum non sit, nisi quatenus iure nouo expressum fuerit & in iure nouo nulla quoad debiti petitionem restrictio inueniatur, conuincit uidebatur vsque ad quartum gradum extendi. Atque ita affirmat Paul. Comitoli lib. 1. respons. moral. quæst. 138. & alij relati à Sanchi lib. 7. dict. 15.

Ceterum uerius est restricta affinitate ad secundum gradum quoad matrimonium contrahendum, eo ipso restringi quoad priuationem petendi debitum, quia priuatio exigendi debitum imponitur in penam copulæ incestuosæ. At sublato impedimento contrahendi matrimonium ob copulam cum consanguineis in tertio, vel quarto gradu, ea copula non est censenda incestuosa; quia non est censenda cum affinitate habita; sicuti non censetur consanguinitas, qui sunt extra quartum gradum; eo quod extra illum non est impedimentum matrimonij contrahendi. Atque ita docent pluribus relatis Sanchi lib. 9. disp. 27. n. 14. Gutierri. lib. 1. canon. qq. c. 23. num. 21. Et de matrim. cap. 99. in fine. Henrici. lib. 1. c. 15. Basili. Ponce, lib. 7. cap. 33. in fine, decimumque refert à sacra Concilij congregatione.

Excusatur incestuosus à prædicta pena, si ignorante esse de Eord. Castro. Sum. Mor. Pars V.

consanguineam suæ coniugis ad quam accessit, quia eo casu excusatur ab incestu, ac proinde à pena ob incestum imposita, uti expressè colligitur ex cap. 1. de eo qui cognouit consanguineam, & c. Et tradit Sotus in 4. d. 37. quæst. unica, art. 2. Victoria de matrim. 200. Rodrig. 2. l. i. i. i. cap. 2. 43. concl. 1. Sauch. lib. 7. disp. 15. & lib. 9. disp. 32. n. 47. Layman. lib. 4. sum. tract. 10. 3. part. cap. 1. n. 14. Deinde excusatur si per vim fuit coactus ob eandem rationem, quia immunis est à culpa; iuxta cap. discretionem de eo qui cognouit, & c. Quinimo non uidetur improbabile si metu cadeute in constantem uirum ea copula habita sit incestuosum retinere ius petendi debitum. Nam cum hæc pena iure Ecclesiastico inducta sit, credendum non est peccanti ita coactè impositam esse, ait Sotus d. ar. 2. Basili. lib. 10. cap. 7. num. 6. Et probabile censet Sanchi lib. 9. disp. 31. num. 4. Layman. dicto cap. 1. n. 14. Illa uero excusatio, quam tradit Syluest. uerbo Luxuria, q. 4. dicto 2. Angel. uerbo, Incestus num. 4. Saa, uerbo Matrimonij impedimenta diuinentis, num. 1. nempe si incestus fuit occultus, nullatenus est admittenda: tam quia ex nullo Textu colligitur. Tam quia raro hoc impedimentum à coniugibus contraheretur, si oporteret incestum publicum esse. Atque adeo ex incestu occulto nasci prædictum impedimentum docuit Glossa in cap. qui dormierit, uerbo neutrum 32. quæst. 7. Gutierri. lib. 1. canon. qq. cap. 2. num. 8. Sanchi lib. 7. disp. 15. n. 13. & lib. 9. disp. 27. n. 2. Neque sententia Iudicis requiritur, ut bene Sanchi. lib. 9. disp. 30. num. 2. Et Layman. d. cap. 1. num. 15.

Verum esto incestuosus priuatus sit debiti petitione; aliquando tamen permitti potest ea debiti peticio, uidelicet si credat comparem sui delicti grauem suspensionem concepturam; eo quod à debito petendo abstinere. Neque enim credendum est legem Ecclesiasticam cum graui honoris iactura obligare. Quod præsertim in vxoris incestu locum habere potest, ut bene notauit Layman. loco nuper relato. Deinde in gratiam coniugis innocentis permitti aliquando posse incestuoso debiti tacitam petitionem restantur Sotus in 4. d. 37. quæst. unica, art. 2. post 2. conclus. Gutierri. lib. 1. canon. qq. cap. 2. num. 9. Sanchi pluribus relatis, lib. 9. disp. 7. num. 1. Si enim vxor cogeretur semper debitum petere onerosum illi matrimonium esset, & periculo incontinentiæ exponeretur, crederetque posset se minus à viro diligere.

Illud uero est certum, impetrata dispensatione prædicti impedimenti integrè incestuosum recuperare ius petendi debitum, ac si nunquam affinitatem contraxisset, neque ad hanc impetrationem consensus innocentis requiritur, ut optimè aduertit Sanchi. lib. 9. disputat. 6. num. 10. Quam dispensationem concedere posse Episcopum saltem ex consuetudine restantur Sanchi. lib. 8. disp. 12. num. 4. Valen. disp. 10. q. 1. part. 5. Henrici. lib. 2. cap. 2. num. 9. Layman. lib. 5. tract. 10. 3. part. cap. 1. num. 15. & alij plures apud ipsos. Ex priuilegio autem Sedis Apostolicæ Superiores Societatis, & quibus ipsi commiserint eam concedere possunt, uti constat ex priuilegiis Societatis, uerbo Dispensatio.

Quod ad innocentem attinet, dubitate nemo potest posse ab incestuoso debitum petere, illique necessariò esse reddendum, quia sine culpa priuati non debet iure sibi debito ut haberet cap. discretionem, de eo qui cognouit consanguineam, Affinitas namque post matrimonium inique contracta illi nocere non debet, qui iniquitatis participes non fuit, ut decidit cap. tua fraternitatis eodem tit.

An autem possit, vel teneatur incestuosus inique petenti reddere? difficultate non caret, uerius cenfeo nullam illi esse obligationem reddendi, tamen reddere possit. Priorem partem docuit Glossa in cap. Nosse, 30. quæst. 1. uerbo de fraudentur. Conarui. 4. decret. 2. part. cap. 7. §. 2. num. 5. Gutierri lib. 1. canon. quæst. cap. 23. num. 6. Sanchi plures referens, lib. 9. disp. 6. n. 8. eo quod incestuosus peticio nulla sit, ut potè qui priuatus est iure petendi. Nulla igitur in iustitia committitur, si eius petitionem repellas. Argum. Textus in leg. si pupillus. 127. ff. de uerbor. obligat. Et licet aliquando eius petitioni annuas, non obinde obligatus es deinceps reddere; quia priuati quam incestuosus habet petendi debitum non est facta in tui fauorem, sed in penam delicti commissi, idè quæ nequit ob tui confessionem tolli, sicuti bene notauit Sanchi. lib. 9. disp. 6. num. 9.

Secunda pars conclusionis, scilicet te posse reddere difficilius est, eo quod uidearis cooperari inique actioni petentis; si tamen consideretur nulla est iniqua actioni cooperatio; quippe illa copula coniugalis secundum se illicita non est, sed solum quatenus petitur ab incestuoso: at petitioni incestuosi non cooperaris formaliter, siquidem illum ad petendum non incitasti, sed solum cooperaris copulæ petite. Ergo nulla in malitiam cooperatio adest. Ex alia autem parte delictum incestuosum grauate non debet, ut dicitur cap. transmissa cap. tua de eo qui cognouit consanguin. Ergo atque debes liber esse ad petendum, & reddendum ac si delictum commissum non esset. Atque ita docet Ledesma. 2. part. 4. q. 60. art. 4. post prime. Sanchi. lib. 9. disp. 6. num. 11. Layman. lib. 5. tract. 10. 3. part. cap. 1. num. 15.